



D E O L E O V I-
perino.

C A P. XXIV.



LEUM Viperinum à recentiori-
bus, ut pinguedo, efficax ad mul-
ta, & variè parari solet, & à prin-
cipio in peste inungendum ef-
se, mirabilemque vim habere assererat Ale-
xander Massaria Vicentinus. lib. 2. Mirum in
modum laudabatur à Joanne Andernaco co-
mēt. 2. de Medicina veteri & nova, dialogo 8.
Ex viperis oleum sic conficitur. ℞. Viperarum
nigrarum libras tres, olei sesamini sextarium
unum cum dimidio, in vase vitreato, angusti-
oris, probè obturati, ne vapor inde exhalet, in-
coquuntur donec caro ab ossibus decidat,
deinde ubi refrixerint reponantur: Cutim
expurgat, & impetigines, & alia id genus vi-
tia sanat, affectis partib. penna illitum. distin-
ctione duodecima comentarij cuculatorum in
Mesuem, ubi multa ex Avicenna & Serapio-
ne congesta sunt. Manardus serpentes nigros
pro viperis nigrioribus interpretatur, & hoc
modo paratur. Viperæ assæ numero quatuor,
demptis prius viscerib. caudis & capitibus, ut
moris